

nequeat alicui Veneto, uel alicui deinde qui non sit de nostro maiori consilio,
 15 nec alicui qui non sit de maiori consilio Candide, uerum illi qui licet non sint
 possent tamen esse per suos de dictis maioribus consilijs uel altero ipsorum, se-
 cundum ordines possint habere de dictis officijs sicut uidebitur duche et suo con-
 silio aliquo non obstante.

Alijs—non 3—non sincere 1.

20 Pars uero primitus capta est in libro nono Rogatorum ad cartas 73 a tergo.
 Scripta duche et consiliarijs Crete per ligna Culfi.

6

F^o 10^r N^o 109. Αιτήσῃ τοῦ ἐκλεγέντος Δουκὸς Κρήτης Νικολάου Ντὲ Προιούλη ἀποστέλλονται εἰς Κρήτην
 δύο πλοῖα τῆς χωρητικότητος τῶν πλοίων τῆς Ἀδριατικῆς, μεθ' ὧν καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων.
 1339, Μαρτίου 11.

7

F^o 10^r N^o 110. Ἐπίσης διατάσσεται νὰ μεταβῇ εἰς Κρήτην διὰ τὸ ζήτημα τοῦ λιμένος ὁ τεχνίτης Φραγ-
 χίσκος Μάρκης. 1339, Μαρτίου 11.

8

Ἀποφάσεις τοῦ τριμελοῦς Συμβουλίου ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων Κρήτης.

Περὶ ἐκλογῆς δικαστῶν καὶ κανονισμὸς τῆς ὑπηρεσίας αὐτῶν καὶ τῆς τῶν ἄλλων ὁφφικιούχων
 κατὰ τὴν διετὴ θητείαν των. 1339, Μαρτίου 31.

Consilium super factis Crete trium Sapientum.

F^o 18^r N^o 180. Millesimo trecentesimo XXXIX. Indicionis VII, die ultimo mensis Martij.
 Capta. Quod eligantur dehinc per electionem per duos annos et approbentur
 sicut approbantur ceteri iudices Venetiarum, tres iudices pro parte scilicet nos
 contingente in iudicibus proprij et petitionum deinde, cum sint tres pro quo-
 5 libet officio eorundem, qui quidem iudices nostri cum peruenerint in Candidam,
 taliter per texeras diuidantur et ordinentur in ipsis officijs proprij et petitionum
 cum alijs tribus iudicibus eligendis deinde ad dicta officia quod quisque ipsorum
 nostrorum trium sit in dictis duobus annis in utroque iudicatu uno anno, uideli-
 cet pro quolibet iudicatu predictorum quod satis est fatibile hoc modo, uide-
 10 licet quod si duo ex nostris iudicibus erunt primo anno iudices proprij unus
 ex tribus deinde erit tercius cum eisdem ipso anno et reliqui duo iudices deinde
 cum nostro tercio erunt ipso anno iudices petitionum. Sequenti uero anno et con-
 uerso et sic deinceps et possint dicti iudices dehinc accipi de omni officio et sint
 cum salario et commissionibus et condicionibus quibus presencialiter sunt iudi-
 15 ces proprij et petitionum, saluo quod non possint priuari per ducham et sunt si-

cut non possunt camerarij qui mittuntur dehinc. Et saluo eo quod superius dictum est de modo scilicet diuidendi et exercendi officia supradicta et teneantur ipsi iudices recedere de Venecijs cum primo nauigio quod recedet mense uno elapso post quam electus fuerit sicut et sub pena contenta in consilio loquente de rectoribus de extra Culfum qualiter tenentur recedere et ire ad sua regimina. 20 Et possint dicta officia seu iudicatus refutare impune et quamuis in capitulare dictorum iudicum contineatur quod ipsi iudices non possint recipere donum uel presens tamen ad maiorem cautelam consulunt sapientes quod dicti iudices non possint per se uel alios recipere donum aliquod siue presens. Et debeant ipsi iudices uenire et esse ad sua officia sicut in eorum capitulari continetur ad cam- 25 panas ordinatas sub pena quatuor grossorum pro qualibet uice et perdendi insuper caratos illius diei, scilicet de sententijs latis ipsa die per socios eo absente que pena deueniat in commune et de ipsa non possit eis fieri gratia ullo modo. Et socij teneantur eos per sacramentum quociens fefellerint accusare. Et sint ab annis xxv supra tam iudices hinc mittendi quam iudices qui fient ibi. 30

F^o 18^r No 181. Alia pars fuit quod eligantur per electionem et approbentur in Maiori Consilio tres iudices quem admodum eliguntur et approbantur ceteri iudices Veneciarum qui tres uadantur in Candidam et diuidantur et equentur sicut uidebitur duche et consiliarijs cum tribus eligendis deinde in officijs et per officia iudicatum proprij et petitionum de Candida et sint per duos annos ita tamen 35 quod sint per sex menses per annum in quolibet dictorum iudicatum et sint cum salario et condicionibus quibus sunt presencialiter iudices deinde, saluo quod non possint priuari sicut non posunt camerarij qui dehinc mittuntur. Uerum tamen si commiserint uel aliquis ipsorum aliquid ineptum in ipsis officijs uel occasione ipsorum per quod uideretur duche et consiliarijs uel maiori parti quod 40 essent priuandi, illud sic commissum per ipsos scribatur ducali dominacioni Veneciarum quam cicius comode poterunt ipsi ducha et consiliarij notificato tamen ipsis delinquentibus per ipsos ducham et consiliarios quando id scribere uoluerint ut ipsi tunc suas excusationes ualeant destinare. Et habitis litteris et informa- 45 cione dictorum duche et consiliariorum et eciam excusatione illorum si tunc mittere uoluerint preuidebitur dehinc et procedetur et fiet contra excessores huiusmodi si et sicut uidebitur conuenire. Et non possint recipere donum uel presens nec mercatum facere uel fieri facere per se uel alios ullo modo, et possint refutare impune et teneantur in cum primo nauigio ituro post unum mensem postquam fuerint electi etc. Et non possint comedere cum aliquo habitatore deinde 50 sicut non possunt rectores et officiales missi dehinc. Et sint ab annis xxv supra.

F^o 18^{to} No 182. Capta. Domini uero de nocte omnes qui sunt quatuor debeant hic fieri

per electionem in Maiori Consilio et approbari ad unum ad unum ut approbantur alij officiales et sint per duos annos cum commissionibus condicionibus et salario quibus sunt domini de nocte qui ad presens sunt in Candida et non possint priuari ut de iudiciis dictum est et possint accipi et refutare et debeant recedere per omnia ut supra de iudiciis dictum est, nec possint recipere donum uel presens et debeant uenire ad campanas et incurrant penas ut dictum est de iudiciis antedictis et sint ab annis XXV supra et LX infra.

60 N^o 183. Capta. Residuum autem partis nos contingentis de officijs Crete dari debeat per ducham et consilium suum nostris scilicet Venetis solum, sicut sibi melius apparebit.

65 N^o 184. Nec dehinc possit concedi per modum gratie de officijs huiusmodi Crete scilicet iudicatus dominis de nocte de quibus captum est alicui sub pena de libris L pro quolibet consiliario ponente partem uel alio qui ualeret ipsam ponere. 46.

N^o 185. Capta. Quod non possit concedi alicui de officijs huiusmodi Crete tam scilicet de parte nostra quam de parte deinde nisi per sex consiliarios tria capita de XL, XXXV de XL et tres partes Maioris Consilij.

70 N^o 186. Capta. Et premissa omnia reuocari non possint nisi per V consiliarios. II capita de XL et duas partes Maioris Consilij, et scribantur et addantur in commissionibus rectorum deinde.

75 N^o 187. Capta. Ceterum quia interdum per aliquos rectores Crete dantur uni persone duo, tria et sepe quatuor officia in uno eodem tempore, quod utique non est equum nec utile in partibus illis, consulunt quod prouideatur quod deinceps alicui persone in dicta insula non possit dari alicui persone per nostros rectores in uno eodem tempore ultra unum officium quod habet salarium uel prouentus aliquos.

F^o 26^r N^o 232. Die XIII Aprilis.

80 Capta. Quod terminus Sapientum Crete elongetur per totum presentem mensem Aprilis.

9

Αἱ ἀδελφαὶ Ἰακωβίνα, Μαριτζόλα, Μαγδαληνὴ καὶ Μαρκεζίνα θυγατέρες τοῦ ποτὲ Πέτρου Δελαπόρτα καὶ ἐγγοναὶ τοῦ Ἰωάννου Δελαπόρτα ἐκ Χανίων ἀνέφερον, ὅτι ὁ Ἰωάννης Δελαπόρτας διὰ διαθήκης τοῦ κατέλιπεν εἰς τὸν Πέτρον υἱὸν τοῦ δύο τιμάρια καὶ πολλὰ ἄλλα κτήματα, ὑπὸ τὸν ὅρον ὅτι ἐν τῶν τιμαρίων τούτων, ἦτοι τὸ πρὸς τὸν Κόλπον, νὰ μένη ὡς καταπίστευμα. Ἀποθνήσκων ὁ Πέτρος διέταξε κληρονόμον τοῦ τὴν σύζυγόν τοῦ Ἀλβερτίαν, ἣτις ἀποθνήσκουσα καὶ αὕτη, δυνάμει τῆς διαθήκης τοῦ συζύγου της κατέλιπε κληρονόμον τῶν κτημάτων τοῦ συζύγου της, ἀνηκόντων εἰς τὰς θυγατέρας της, τὸν Ἀνδρέαν Βασέγιον κληρικόν, ἀδελφόν της. Οὗτος γενόμενος ἐπίτροπος τῶν τριῶν θυγατέρων ἀνηλίκων κατέστη συγχρόνως πιστωτὴς τῆς περιουσίας τοῦ Πέτρου Δελα-

